


teræ eius prior corona p̄ zonam terræ calidā meat, superiora terrarum & inferiora cingēs, flexum circi æquinoctialis imitata. Ab oriēte ꝑ̄o duos sinus refundit, unū ad extremitatē septentrionis, ad australis alteræ. Rursusq̄ ab occidente duo parit̄ enascunt̄ sinus: q̄ usq̄ ad ambas, quas suprā diximus, extremitates refusi, occurrunt ab oriente demissis: & dū ui summa & impetu immaniore miscēt̄, inuicemq̄ se feriunt, ex ipsa aquarū collisione nascit̄ illa famosa oceani accessio pariter & recessio. Et ubicunq̄ in nostro mari contingit idem, uel in angustis fretis uel in planis fortē littoribus, ex ipsis oceani finibus, quos oceanum nunc uocamus, eueniunt, quia nostrū mare ex illis influit. Cæteræ uerior (ut ita dicā) eius alueus tenet zonam p̄stam. Et tam ipse qui æquinoctialem, q̄ sinus ex eo nati, q̄ horizontē circulum ambitu suæ flexionis imitant̄, omnem terram quadrifidam diuidunt: & singulas (ut suprā diximus) habitationes faciunt insulas. Nam int̄ nos & australes homines, means ille p̄ calidā zonam totamq̄ cingens, & rursus utriusq̄ regionis extrema finibus suis ambiēs, binas in superiore atq̄ inferiore terræ superficie insulas facit. Vnde Tullius hoc intelligi uolēs, non dixit, om̄is terra parua quædā est insula: sed, om̄is terra q̄ colitur à uobis, parua quædā est insula: q̄a & singulæ de quatuor habitationibus paruæ quædam efficiunt̄ insulæ, oceano bis eas (ut diximus) ambiente. Om̄ia hæc ante oculos locare potest descriptio substituta, ex qua & nostri maris originē, quæ totius una est, & rubri atq̄ Indici ortum uidebis, Caspiumq̄ mare unde oritur inuenies: licet non ignorem esse nonnullos, qui ei de oceano ingressum negent. Nec dubium est, in illam quoq̄ australis generis temperatam mare de oceano similiter influere. Sed describi hoc nostra attestazione non debuit, cuius situs nobis incognitus perseuerat. Quod autem dixit nostram habitabilem angustatam uerticibus, lateribus latiore, in eadem descriptione poterimus aduertere. Nam quanto longior est tropicus circus septentrionali circo, tanto zona uerticibus quàm lateribus angustior est: quia summitas eius in arcum extremi circuli breuitate contrahitur. Deductio autem laterum cum longitudine tropici ab utraque parte distenditur. Denique ueteres omnem habitabilem nostram extentæ chlamydi similē eē dixerūt.

De latitudine terræ à nobis habitate.

De exiguitate oceani.



possit in partes. Ideo autem terræ breuitas tam diligēter asseritur, ut paruipenden-